vnumquodque quàm accuratiſſimè referimus. Cùm igitur legationem renunciemus, iis cauſis ſingula quæque quo pacto geſta fuerint, renunciari oportet. Cùm verò ipſi concionantes aliquid præteritum narramus, ſiue etiam præſentia exponamus, ſiue prædicamus futura, neceſſe eſt vt vnumquodque horum & breuiter, & dilucidè, & non ſine probabilitate faciamus. Dilucidè quidem vt quæ dicuntur, comprehendi queãt. Breuiter autem, quò quæ dicta fuerint, memoriæ auditores teneant. Probabiliter verò, ne ipſi auditores priùs quàm probationibus, atq. iuris partibus noſtram orationem cõfirmauerimus, noſtras iam narrationes falſas eſſe reprobent. Dilucidè igitur exponemus, aut à nominibus, aut à negotiis. A negotiis, quidem ſi non ea perturbatè exponamus, ſed rerum, ac temporum ordinem ſeruemus, reliqua verò deinceps collocemus, & ſi neque eo, de quo dicere cœperimus, relicto negotio, in rem aliam tranſeamus. A negotiis igitur hoc modo dilucidè narramus. A nominibus vero, ſi quàm maximè idoneis rerum nominibus negotia appellemus, & ſi non ambiguis vtamur, neque perturbatè ipſa collocemus, ſed vſque cohærentia deinceps ordinemus. Dilucidè igitur exponemus, ſi hæc diligenter obſeruauerimus. Breuiter vero narrare poterimus, ſi tum ex negotiis, tum ex nominibus ea remouerimus, quæ non ſint dictu neceſſaria, & ea ſolùm complectemur, ſine quibus obſcura reddetur oratio. Et breuiter quidem hoc modo exponemus. Probabiliter autem à nobis narrabitur, ſi ad ea negotia, quæ minus veriſimilia videntur, cauſas attulerimus, quibus illa non abſurdè geſta videãtur: ſi qua verò omnino incredibilia contigerint, ea relinquamus neceſſe eſt. Sin autẽ neceſſaria ſunt, quæ dicantur, ea te ſcire oſtendas oportet, ſed ad confutationis partem, quia cùm illa implicata ſint, dicẽda reſeruare orationíſque progreſſu, id te verum demonſtraturum polliceri, ea vſus argutia, quod quę prius abs te dicta fuerint, ea prius vera, iuſtáque demonſtrare, quàm aliud huiuſmodi quicquam velis. Et hoc quidem modo his, quæ minus veriſimilia ſunt, medebimur. Vt autem ſummatim vnà omnia complectamur, & renuntiando, & exponendo, & prędicendo, ex his omnibus, quę antè diximus, dilucidas, breues, & probabiles narrationes faciemus.

A ἐπειδὴ τοῖς πράγμασιν οὐ παρεγένοντο πραττομένοις. ἐὰν δὲ ἐπὶ τοῦ λόγου τὴν προθυμίαν ἡμῶν θεωρῶσι, μηδὲν παραλειπόντων, ἀλλ' ἀκριβῶς ἕκαστα ἀπαγγελλόντων. ὅταν μὲν οὖν πρεσβείαν ἀπαγγέλλωμεν, διὰ τὰς αἰτίας ταύτας, ἕκαστα ὃν τρόπον ἐγένετο, ἀπαγγελτέον. ὅταν δὲ αὐτοὶ δημηγοροῦντες τῶν παρεληλυθότων τι διεξίωμεν, ἢ τὰ παρόντα δηλῶμεν, ἢ τὰ μέλλοντα προλέγωμεν, δεῖ B τούτων ἕκαστον ποιεῖν βραχέως καὶ σαφῶς, καὶ μὴ ἀπίστως. σαφῶς μὲν, ὅπως καταμάθωσι τὰ λεγόμενα πράγματα· συντόμως δὲ, ἵνα μνημονεύσωσι τὰ ῥηθέντα· πιστῶς δὲ, ὅπως μὴ πρὸ τοῦ ταῖς πίστεσι καὶ ταῖς δικαιολογίαις βεβαιῶσαι τὸν λόγον ἡμᾶς, τὰς διηγήσεις ἡμῶν οἱ ἀκούοντες ἀποδοκιμάσωσι. σαφῶς μὲν οὖν δηλώσομεν ἀπὸ τῶν ὀνομάτων, ἢ ἀπὸ τῶν πραγμάτων, C ἀπὸ μὲν οὖν τῶν πραγμάτων, ἐὰν μὴ ὑπερβατῶς αὐτὰ δηλῶμεν, ἀλλὰ τὰ πρῶτα πραχθέντα ἢ πραττόμενα, ἢ πραχθησόμενα, πρῶτα λέγωμεν· τὰ δὲ λοιπὰ, ἐφεξῆς τάττωμεν· καὶ ἐὰν μὴ προαπολιπόντες τὴν πρᾶξιν, περὶ ἧς ἂν ἐγχειρήσωμεν, λέγειν, δι' ἑτέραν ἐξαγγείλωμεν. ἀπὸ μὲν οὖν τῶν πραγμάτων, σαφῶς οὕτως ἐροῦμεν· ἀπὸ δὲ τῶν ὀνομάτων, ἐὰν ὅτι μάλιστα D τοῖς οἰκείοις τῶν πραγμάτων ὀνόμασι τὰς πράξεις προσαγορεύωμεν· καὶ ἐὰν τοῖς κοινοῖς, καὶ μὴ ὑπερβατῶς αὐτὰ τιθῶμεν. ἀλλ' ἀεὶ τὰ ἐχόμενα ἑξῆς τάττωμεν. σαφῶς μὲν οὖν δηλώσομεν, ταῦτα διαφυλάττοντες. συντόμως δὲ, ἐὰν ἀπὸ τῶν πραγμάτων καὶ τῶν ὀνομάτων περιαιρῶμεν τὰ μὴ ἀναγκαῖα ῥηθῆναι, ταῦτα μόνα καταλείποντες, ὧν ἀφαιρεθέντων, ἀσαφὴς ἔσται ὁ λόγος. καὶ συντόμως μὲν τοῦτον E τὸν τρόπον δηλώσομεν. οὐκ ἄπιστος δὲ, ἂν περὶ τὰς ἀπιθάνους πράξεις αἰτίας φέρωμεν, παρ' ἃς εἰκότως τὰ λεγόμενα δόξει πραχθῆναι. ὅσα δ' ἂν λίαν ἄπιστα συμβαίνοι, δεῖ παραλείπειν. ἐὰν δὲ ἀναγκαῖον ᾖ λέγειν, εἰδότα δεῖ φαίνεσθαι, καὶ ἐπιπλέξαντα αὐτὰ τῷ τῆς παραλήψεως σχήματι ὑπερβαλέσθαι, καὶ προϊόντος τοῦ λόγου, ἐπιδείξειν ἀληθὲς ὑπισχνεῖσθαι, F προφασισάμενον ὅτι τὰ προειρημένα πρότερον βούλει ἀποδεῖξαι ἀληθῆ ὄντα, ἢ δίκαια, ἤ τι τῶν τοιούτων. καὶ τοῦτον μὲν τὸν τρόπον τὰς ἀπιστίας ἰασόμεθα. συλλήβδην δὲ τὰς ἀπαγγελίας καὶ τὰς δηλώσεις καὶ τὰς προρρήσεις ἐξ ἁπάντων τῶν εἰρημένων, σαφεῖς καὶ βραχείας καὶ οὐκ ἀπίστους ποιήσομεν.